

Ovatio Molinarií

QVANDOQVIDEM Ioannes Franciscus Molinarius post hominum memoriam Societati Virginiensi antiquitatibus Graecis Latinisque provehendis operam dedit fidelissimam et

QVANDOQVIDEM cursum honorum ita constanter ascendit ut abhinc annos fere viginti Societati nostrae praeesset per biennium et

QVANDOQVIDEM Herculeam manum atque sapientiam vere Socraticam ad Societatem excolendam sine fine adhibuit et

QVANDOQVIDEM ille iampridem est vir doctus, magister, patronusque disciplinae nostrae perfectissimus ac

QVANDOQVIDEM denique, more paene Ovidiano,

emeritus factus, tamen ardentissima promptus
omnia praeceptor consociusque gerit.

IGITUR hoc in conventu autumnali ante diem quintum Kalendas Octobres, anno MMDCCLXXXVIII ab urbe condita, in Stoa Academica a Jeffersonio, viro illustrissimo, constituta, Societati nostrae placet ut laudandus, ornandus, atque ad caelum sit extollendus

IOANNES FRANCISCVS MOLINARIUS

Patrick Bradley
Consul



Bart Natoli
Consul Designatus